

In agro Tusculano (XIV 2501 fragmenta disiecta composuit de Rossi qui partem vidit). — 1) Consul ordinarius (id significatur verbis ex kal. Ian.) fuit a. 157.

1076 L. Neratio C. f. | Vol. Proculo¹ | Xvir. stlitibus iudican., | trib. militum legion. | VII Gemin. Felic. et leg. | VIII Aug., quaest., aedil. | pleb. Cerial., praet., leg. | leg. XVI Flaviae fidel., | item misso ab imp. | Antonino Aug. Pio ad d[e]ducent[*d*]as vex[*i*]llationes in Syriam ob | [b]ellum [Par]-thicum², praef. aerari | militaris, | cos., | municipes Saepinat.

Saepini (IX 2437 vidit Dressel). — 1) Affinis sine dubio Neratorum, cuius titulos Saepinates dedimus supra N. 1032—1034. — 2) Videtur indicari bellum motum a Vologese sed priusquam ad arma ventum est compositum. Cf. Borghesi opp. 5 p. 576.

1077 L. Aemilio L. f. Cam. Karo¹ co[s.], | leg. Aug. pr. pr. provinciae Cappadociae, | leg. Aug. pr. pr. censori provinciae Lugdunensis, | leg. Aug. pr. pr. provinciae Arabiae, | curatori viae Flaminiae, leg. leg. XXX U. V.², | praet., trib. pleb., quaest. Aug., | trib. militum leg. VIII Aug., | trib. militum leg. VIII Hispanae, | Xviro stlitib. iudic., | sodali Flaviali, XVviro s. f., | C. Iulius Erucianus Crispus praef. | alae primae Ulpiae Dacorum | amico optimo.

Romae (VI 1553 vidit Henzen). — 1) Videtur vixisse sub Antonino Pio (cf. Borghesi opp. 4 p. 459); memoratur etiam in titulis Coloniensi Brambach 354 et Dacicis III 1135. 1443. III S. 7771 (= arch. ep. Mitth. aus Oestr. 9, 246), ex quibus apparet eum post hunc titulum positum factum esse legatum trium Daciarum. — 2) Legatus legionis tricesimae Ulpiae Victricis.

1078 dis genitoribus¹ | L. Plotio C. f. Pol. Sabino, | praetori, sodali Titiali, | aedili cur., seviro eq. R., | quaestori urb., trib. laticl. | leg. I Miner. p. f., Xvir. | stl. iudic., habenti quoq. | salutation. secundam | imp. Antonini Aug. Pii.² | Sabinus praetor, magna res³, Formis perit.

Prope Romam in ruderibus mausolaei siti ad viae Tiburtinae lapidem VII, in praedio le Capanaccie (Tomassetti Bull. com. 1890 p. 105, Gatti Notizie 1890 p. 56). — 1) Dis genitoribus dedicatos titulos sepulcrales praeterea non habemus; sed extant complures tituli sepulcrales dedicati diis parentum vel etiam diis parentibus (cf. de his diis Jordan ap. Prellerum Roem. Myth. II³ p. 98 not. 2), a quibus, ut monuit Huelsen, dii genitores non videntur esse diversi. — 2) Cf. Huelsen Mitth. 1890 p. 501. — 3) Cf. Huelsen l. c. p. 502.

1079 L. Cœlio Festo | cos., praetori, procos. | provinciae Ponti et Bithyn., | praef. aerari Saturni, | leg. [i]mp. Antonini Aug.¹ | Astu[ri]ae et Callaeciae, | praef. fr[um]enti dandi ex s. c., | adlect[o i]nter tribunicios, res publica Velleiat. | patrono,

Veleiae rep., est Parmae (XI 1185 vidit Bormann). — 1) Imperator Antoninus non video cur non sit Antoninus Pius. Caracallam significari putant quippe a quo demum Asturia et Callaecia provincia instituta sit (Marquardt Staatsverw. I² p. 225 not. 5; cf. infra N. 1157 not. 2); sed hic fuit iuridicus, non legatus pro praetore. Proconsul Bithyniae, quam provinciam Antonini Pii temporibus a legatis rectam esse